³¹³) FFC, doc. 65.

Supplico, ut inchoatum pacis sanctissimum opus complere, suspensionis absolutionem obtinere et meam nimiam fiduciam boni consulere dignetur Vestra Eminentia.

P.S. Postrema *Scholia* spero pervenisse ad Vestram Eminentiam, cuius iudicio illa plene submitto. Omnis haec lis est nata ex decreto quo conclusimus dividendam hanc provinciam. Et divisio est penitus necessaria. Hinc et ipsam supplico P. Generali commendare » ³¹⁴).

L'acte de soumission du provincial, Bona le communique au général. Mais celui-ci n'en est pas content. Il exige une entière satisfaction avant de passer à l'absolution. C'est ce que Bona fait savoir le 31 mars 1674 :

« Epistolam Patris Du Perne statim reddidi P. Generali et cum ipso de toto negotio longum sermonem habui. Conclusio fuit : P. Generalis paratus est in pristinum gradum illum restituere, sed conqueritur quod nondum plene obedierit, nam rectori provinciae, post latam sententiam, instituto sigillum provincialatus non consignavit, ubique locum sibi sumit ante priores conventuum, registra item provinciae apud se retinet et suppressit litteras quas P. Generalis mandavit publicari.

Haec impedimenta si ab ipso amota fuerint, finis liti impositus erit. Scribo ad illum in hanc eandem sententiam et interim agam una die proximae hebdomadae cum Eminentissimo Domino meo Cardinali Brancaccio, ut si fieri poterit, citius hoc negotium componatur... ³¹⁵).

Dans sa réponse du 4 mai, Lupus révèle des détails étonnants sur ses propres activités et sur celles du P. Hecke et de ses adhérents :

« Plene scio me Eminentiae Vestrae benignitate abuti ac esse importunum. Verum a tanto praelato, qui regularis vitae omnia arcana novit, scio mihi gratiose indulgendum.

Prioris Provincialis suspensio hanc provinciam praecipitat in grandia mala, et praecipitabit in maiora. Et Pater Generalis permittit se circumduci mendaciis. Etenim quod Pater Provincialis provinciae sigilla substituto rectori non tradiderit, est horrenda calumnia. Ea statim tradidit. Et quidem me invito. Studui illa subripere et custodire, verum ille tradendo me praevenit. Provinciae regesta illi eripui et usque nunc custodio. Etiam illi auctor fui ut prioribus conventualibus locum non cederet. Quare si quae hic culpa, mea est.

³¹⁴) FFC, doc. 57.

³¹⁵) FFC, doc. 68.

Et volo mei facti rationes exponere Eminentiae Vestrae. Primo quia locus, sigilla ac regesta sunt dignitatis propria insignia, ideoque nemo praelatus illis se exuere debet nisi degradatus. Est clara doctrina sacrorum canonum. Et omnis poena est strictissime interpretanda, ideoque ab officio suspensus aliud non debet quam ab administratione cessare.

Aliam rationem Eminentia Vestra dignetur ad aurem accipere. Eam invitus edico. Haec omnia aguntur ex spiritu vindictae. Pater Michael Heckius, qui Romae dicitur assistens Germaniae, graves hic lites habuit. Eum haec Universitas expunxit ex albo doctorum et proscripsit a scholis publicis. Rex catholicus eius quemdam librum prohibuit, et sub sigillis regis damnavit ad perpetuas tenebras. Et regium iudicium Alexander VII confirmavit. Et haec omnia Pater Provincialis, etiam tunc idem munus gerens, debuit exequi et fuit executus. Originales Cardinalis Rospigliosi, qui tunc erat a secretis Status et postmodo fuit Clemens IX, ista iubentes litterae apud nos servantur. Hoc apud istum assistentem manet alta mente repostum et modo operatur. Haec item omnia sunt inscripta regestis. Hinc ipsa ne raderentur aut aliam paterentur iniuriam, censui reservanda. Praesertim quia substitutus rector [De Beyne] non est cui credantur similia. Et certe talis vir [Van Hecke] non fuerat evehendus ad Patris Generalis assistentiam. Deo laus, iam a 46 annis in S. Augustini habitus studui servire Domino Deo. Et fui optime educatus. At postea tertio vidi et cum lacrimis dolui in provincia turbari pacem publicam, ideoque et omnem disciplinam. Et semper id factum fuit per indiscreta ac praecipitata mandata Priorum Generalium. Aliud nolo dicere.

Provincia modo est sine capite. Hinc et nobis illa mala, de quibus sacer textus *Non erat rex in Israel*. Et nisi Pater Provincialis reponatur, exsurget factio libertinorum, quae omne aurum in scoriam, omne vinum verset in aquam.

Et eius exordia ex nunc ita increverunt, ut Patrem Provinciale, quem timent a Patre Generale reponendum, studeant excludere per violentiam laicam. Ille enim est Insulensis, ideoque per bellum subditus Regi christianissimo. Hinc illi dicuntur apud Regis catholici ministros agere ut prohibeatur a hispanico Belgio. Suspicio non caret fundamentis. Verum nulla hinc difficultas. Regii enim ministri me audient.

Eminentissimus Dominus Cardinalis Alterius vocat me ad Urbem. Et quia amplius refragari non ausim, sum venturus, licet cum multorum hic offensa. Hinc etiam videtur agi ut Patris Provincialis absolutio differatur usque post meum discessum. Tunc enim liberae vitae amatores excutient omne frenum et agent ex arbitrio.

Propter has et plures alias rationes humillime supplico ut Eminentia Vestra agere dignetur cum Eminentissimo Domino

Cardinali Brancacio et nos liberare quantocius a miserandis calamitatibus. Omni Belgio fecerit beneficium. Etenim in plerisque hic civitatibus publice docemus iuventutem, ideoque domestica pax et monastica disciplina sunt nobis penitus necessariae.

Et ut omnis obex amoveatur, Pater Provincialis iam cessit suo loco. Etiam quasdam litteras Patris Generalis, quas erroribus et obreptionibus plenas ego detinebam, iussit tradi substituto rectori; et sunt traditae. Regesta autem tradam, si ita videatur Eminentiae Vestrae. At profecto non convenit. Interim absolutio non debet ideo pati moras.

Si quae alia adhuc desiderentur a Patre Generali, quorum tamen non sumus conscii, implebuntur ad eius nutum. In hoc parati sumus omnes. Eminentiae Vestrae nomen erit apud nos in perpetua benedictione. Etiam meae importunitati supplico veniam ab Eminentia Vestra in me indignum beneficentia » ³¹⁶).

Sur les détails qui attristent sa vie parce qu'ils nuisent à sa province, Lupus s'étend dans deux lettres adressées à Bona le 26 mai 1674 :

« Quotidie accipio similes litteras ³¹⁷) et querimonias. Et omne Belgium admiratur talem virum [Van Hecke] esse factum Patris Generalis assistantem, adeoque illi datas vires ad turbanda omnia. Nam per desperationem exivit e Belgio. Plura dicam, si contingerit me Romam pertingere.

Certe vulnera gravissima quae P. Generalis infligit disciplinae regulari debent corrigi, aut peribit hic nostra religio. Et nobis unica spes est in Vestram Eminentiam. Quod iste vir dicat se laesum a P. Provinciali est res ridicula. P. Seraphinus, carmelita, novit virum. Eum supplico audiri.

Gravissime doleo quod cogar has sordes obtrudere Eminentiae Vestrae. Verum etiam similia sunt poenae nostrorum peccatorum. Supplico mihi ignosci a Vestra Eminentia » ³¹⁸).

Il y ajoute, le même jour :

« Vulnera quae P. Generalis infligit huic provinciae numquam purgare poterit. Omnia implet scandalis, litibus et lacrimis. Lacerat omnem fraternam caritatem. Scio non per ipsum fieri, sed per Patrem Heckium. Verum ipsius est frenare hominem et eius turbulentis non cooperari.

Vir iste studet tria hic explere. Primo regularis vitae zelatores deicere, et erigere libertinos, imo et criminosos qui omnia des-

³¹⁶) FFC, doc. 70.

³¹⁷) Lupus communique une lettre, non datée, qu'il venait de recevoir de François Cortenbergh, prieur à Bruxelles; FFC, doc 72.

³¹⁸) FFC, doc. 71.

truant. Deinde a conventibus, qui omnes ex bellicis calamitatibus laborant extrema inopia, nummos extorquere. Tertio se vindicare de omnibus quos hic non diligit. Hinc nobis in provinciae rectorem obtrusit hominem ineptum, per omnia obnoxium et satellitem eius cupiditatibus. Ipsius in Bruxellensi conventu acta videbit Eminentia Vestra ex adiunctis litteris prioris Bruxellensis. Et istum ipsum minatur deicere. Ego cum S. Polycarpo exclamo ad Dominum Deum : *Clementissime Deus in quae tempora me coniecisti*. Etiam clamo ad Eminentiae Vestrae pro monastica disciplina zelum. Scio me ipso abuti. Verum optimorum lacrimas qui possim contemnere. Flexis genibus supplico ut priorem provincialem suo officio reddere dignetur Eminentia Vestra » ³¹⁹⁾

Mais dans l'entre-temps, Bona craint de travailler en vain. On lui a fait savoir que l'affaire du provincial présente un dessous politique. Le P. Du Pernes étant Lillois, il est de l'intérêt de l'Espagne qu'il ne soit pas supérieur dans les Pays-Bas catholiques. Le gouverneur général de Bruxelles aurait prié le cardinal Everard Nithard, jésuite, ambassadeur d'Espagne à Rome, d'empêcher la réhabilitation du provincial suspendu. Bona désire donc se retirer de l'affaire. C'est ce qu'il fait savoir vers la fin de mai 1674 :

« Doleo quod pro negotio vestri Provincialis hactenus in vanum laboraverim; causa enim transivit in politicam, et Gubernator Belgii ad D. Cardinalem Nitardum, qui Regis catholici orator est, scripsit ut omnino impediatur ne in pristinum gradum restitatur, id exigente servitio regis.

A Patre Heckio, ut ipse scribis, haec commotio orta est, quae vix sedari poterit, nisi P. Provincialis ad ipsum Heckium litteras mittat quibus veterum simultatum veniam petat ³²⁰⁾ et dicat

³¹⁹⁾ FFC, doc. 71, annexe.

³²⁰⁾ Le jour de la Pentecôte, 13 mai 1674, le provincial Du Pernes écrit à l'assistant général Van Hecke : « Dum in hac solemnitate spiritui pacis et charitatis sacra, satago pro modulo conscientiam expurgare et ad eiusdem Spiritus in cordis hospitio susceptionem praeparare, subito me timor et anxietas ne forsane eiusdem Spiritus susceptioni obsit non satis testatus erga Vestram Eximiam Paternitatem fraternae pacis et christianae charitatis affectus, et non de nihilo vereor ne inter varias vobisque notas difficultates aliquid humanae infirmitatis in cor etiam non advertentis aliquando irrepserit quod eidem Spiritui pacis minus placuerit. Quare ne videar Spiritui gratiae resistere, has mei erga vos effectus et charitatis testes scribo fidelissimas, quibus sincere et ex corde meam omnem operam, mea offero obsequia, rogoque ex fraterna et religiosa charitate mihi condonari, si quid a me unquam gestum, dictum aut scriptum fuerit quod Eximiam Vestram Paternitatem offendere potuerit, dicens cum S. Augustino ad Hieronymum commotum haec verba scribente : obsecro te per mansuetudinem

se velle suam dignitatem de manibus eius recuperare. Etiam Dominum Cardinalem Brancacium traxit in partes suas, ut a P. Generali audivi, ideo praeclusa mihi via est, qua possim tuis desideriis satisfacere et paci provinciae consulere. Patri quoque Generali magnopere displicet haec perturbatio et nisi impediatur, cito causam expedire paratus est... » ³²¹⁾.

A la suite de ces nouvelles de Rome, Lupus entre, dans sa réponse du 29 juin 1674, dans des détails révélateurs sur les démarches secrètes du P. Van Hecke et de ses adhérents :

« Denuo, licet erubescam, compellor Eminentiam Vestram interpellare. Scire studui quid esset de Domini Gubernatoris nostri litteris ad Dominum Cardinalem Nitardum. Ex rationibus Bruxellas ire non potui, sed magnum virum ³²²⁾ rogavi ut dignaretur ire et ivit. Et convenit D. Gubernatorem, Sanctioris Concilii praesidem [De Pape] et cunctos eius assessores.

Porro ab aliquot septimanis exiit regium edictum quo omnes sub rege christianissimo habitantes, etiam cuiuscumque gradus clerici aut religiosi vetantur in Catholici Regis civitates accedere citra Domini Gubernatoris veniam ³²³⁾.

Dicto igitur primati viro et D. Gubernator et D. Praeses et cuncti eius assessores uno ore dixerunt, nihil sibi esse contra nostrum Patrem Provincialem; ab isto edicto ipsum singulariter non tangi; eius suspensioni se nullatenus misceri, atque ita se ab illius continuandae voluntate esse alienissimos; optare ut eius causa componatur. Quin imo Illustrissimus D. Praeses ac eius item assessores admodum non dumtaxat mirantur, sed etiam indignantur ac scandalizantur Patri Michaeli Heckio Romae fieri auctoritatem turbandi omnem hanc provinciam. Deinde indignantur quod idem P. Heckius apud Eminentissimos

Christi, ut si laesi te, dimittas mihi, ne me vicissim laedendo, malum pro malo reddas. Sic obsecrat ex animo »; AGS, Aa. 37, f° 382.

³²¹⁾ FFC, doc. 73. Bona revient sur l'inutilité de ses démarches dans sa lettre suivante; doc. 75.

³²²⁾ S'agit-il de Libert De Pape, abbé de l'abbaye du Parc, frère du chef-président Léon-Jean De Pape ?

³²³⁾ Ce décret, donné par le gouverneur de Monterey, le 21 avril 1674, portait : « Comme nous sommes informés que diverses choses se sont tramées par des religieux et gens d'église qui viennent de France ou des pays cédés ou y vont, nous vous ordonnons de prévenir que nuls religieux ou gens d'église n'aillent vers la France ou n'en viennent ès pays de Sa Majesté, sans notre permission, à peine d'être châtiés selon l'exigence des cas ». L'archevêque de Malines, Alphonse de Berghes, communiqua ce décret aux supérieurs des religieux, le 28 avril 1674. Philippe Du Beyne en fit part à ses couvents le 19 mai 1674. Cf. *Liber Mechliniensis* (ms.), f° 306-307.

Dominos ita audeat abuti edicto regio. Tertio asserunt se plurimum scandalizatos a duobus eiusdem Patris Heckii emissariis, qui ipsis suggererunt ex Patris Provincialis restitutione nascituros publicos Fratrum motus, atque ita ipsos ad praestanda isti restitutioni impedimenta sunt conati circumscribere. Hi sunt duo quos Bruxellis habitare non convenit ex ponderosis rationibus et quod P. Generalis illic firmat et sustinet sub sua immediata potestate.

Dum talia scribere cogor, utinam nescirem litteras. Interim Eminentia Vestra novit arcanas miseras coenobiorum. Et ut meis dictis fiat fides, atque ita haec afflicta provincia liberetur ab istis turbidinibus, oro ut Eminentissimus Dominus Ordinis protector dignetur ab Illustrissimo Sanctioris Regii Concilii praeside postulare institutionem de moribus dicti Patris Heckii.

Eminentissime Domine, ex quo Roma in Belgium redii [1660], ad regularem disciplinam et ecclesiastica studia reparanda nullas mihi dedi cogitandi ferias, nullam requiem. Et in proximo provinciali capitulo res videbatur pertigisse ad metam. Est mihi et aliis multis valde durum quod illi qui nobis deberent esse adiumento, omnia deiciant. Haec mala S. Augustinus magis detestabatur quam omnes bellicas a Wandalorum barbarie calamitates. Nisi cessent haec scandala, nostra religio abibit in fumum. Et non sine detrimento Belgicae ecclesiae. Hinc flexis genibus supplico ut nostri Provincialis restitutionem impetrare tandem ac transmittere dignetur eminentissima vestra in nos benignitas » ³²⁴).

Finalement, après six mois, les prières de Lupus allaient être exaucées. Au provincial l'absolution fut donnée et les pouvoirs rendus, le 27 juin 1674 ³²⁵). C'était une victoire entière remportée par Lupus. A celui-ci Favoriti écrivit vers la fin de juillet :

³²⁴) FFC, doc. 76. Le 14 juillet, Lupus écrivit encore à Favoriti : « Pater Assistens Hispaniae ad Dominum Belgii Gubernatorem scripsit litteras quibus conatus est P. Provinciali novos obices obicere. Ita hic politicus obex non venit ex Belgio Romam, sed Roma in Belgium. Sunt machinae P. Michaelis Heckii. Et istis litteris hodie respondetur. Nihil aliud respondetur nisi quod sit generale edictum ne quis clericus aut religiosus transeat de regno in regnum sine venia D. Gubernatoris. Ita mihi hodie dixit ipse Illustrissimus D. Praeses Sanctioris Concilii, et adiunxit D. Gubernatoris veniam P. Provinciali, dum suspensionis absolutio veniret, non denegandam. Etenim ministri regii optime noverunt personam. Haec scribenda duxi pro instructione illustrissimae prudentiae ac benignitatis vestrae » ; FFC, doc. 77.

³²⁵) « ...Cumque praefatus Pater a provincialatu suspensus, humillimis son semel precibus supplicaverit sibi commissos errores remitti, et veniam multoties deprecatus, nostris ordinationibus obedientiam praestiterit, seque ab officii provincialatus adminis-

« Circa Patrem Pernes omnia bene se habent, et ex tua sententia, sicuti iam intellexisse te arbitror » ³²⁶).

Lupus, très reconnaissant, écrivit, le 17 août, au cardinal Bona :

« Quantum Eminentiae Vestrae debeam, effari non possum. Fui admodum importunus ac impudenter molestus. Attamen non est meae commoditatis, sed spero egisse ex amore regularis disciplinae. Hinc spero mihi ab Eminentissima Vestra pietate gratiose ignoscendum.

Eidem ago summas gratias semperque agnoscam novum hunc titulum accessisse aliis plurimis ex quibus obstringor

tratione abdicaverit, idcirco nos paterna miseratione potius quam iudiciali auctoritate uti volentes... a provincialatus suspensione absolvimus »; *Liber Mechliniensis*, f° 310.

L'initiative avait été prise par le cardinal Altieri. Le général se déclara d'accord (dans une lettre datée de Sienna le 11 juillet) à condition que les registres provinciaux fussent remis (s'ils ne l'étaient pas déjà), en signe d'obéissance, au recteur provincial; AGA, Aa. 37, f° 119r. L'assistant Van Hecke s'y opposa au contraire. En vertu d'une liste de reproches contre le P. Du Pernes dont il fit état, il voulut par voie juridique arriver à la déposition; cf. *ibid.*; l'absolution fut confiée à l'internonce à Bruxelles; voir la lettre d'Altieri à l'internonce en date du 21 juillet 1674; *ibid.*, Aa 37, f° 388. Chose étonnante : pour échapper aux réactions du P. Van Hecke et de ses protecteurs, le cardinal se laisse aller à des mensonges : il prétend que la commission d'absolution a été envoyée par le courrier précédent et ne peut plus être révoquée. L'internonce est prié d'antidater aussi sa réponse.

Oliva ajouta à l'acte d'absolution une lettre très dure (datée du 28 juin) au P. Du Pernes : « Diuturnam quidem subiisti suspensionis a provincialatus munere poenam, verum id tibi tribuendum qui diutius quam par fuit in contumaci tua inobedientia perseverasti »; AGS, Dd 111, f° 62rv. Le 18 septembre 1674, le général Oliva concéda « ad instantiam Assistantis Germaniae » les privilèges d'ex-provincial au P. Philippe De Beyne qui pendant six mois avait fait la fonction de recteur provincial; *ibid.*, Dd 111, f° 155v-156r.

³²⁶) FFC, doc. 81. L'absolution n'était pas encore arrivée à Louvain le 29 juillet; FFC, doc. 79. Favoriti avoue dans une lettre postérieure : « Non fuit parvi moliminis restitutio Patris Provincialis, cum res in magnas difficultates coniecta esset, regiis etiam ministris restitutionem oppugnantibus, quamquam omnes postea ita acquieverunt ut officio, non malevolentia ad contradicendum adducti viderentur. Eminentissimus de Alteriis viriliter egit, tua potissimum causa, qui id et magnopere cupiebas, et ordini tuo pernecessarius praedicabas »; FFC, doc. 82. Le 12 août, Dominique Valvassori, procureur général des augustins, (bientôt général) fait savoir à Lupus que tout ce qu'il a fait pour la province, il l'a fait pour lui. « Si Tuam Paternitatem Romae complecti (quod mirifice opto) concedent superi, de multis certior fies quibus manifeste dignoscas me totis viribus eo collimasse ut sancta iustitiae iura firma consisterent sede sua, et iustus ille Deus, cuius vultus videt aequitatem, vota mea secundare clementissime dignatus est »; WIJNANTS, *Epistola dogmatica*, p. 30-31.

Eminentiae Vestrae famulari. Etiam provinciae diffinitorium proxime fungetur suo erga tantam beneficentiam officio » ³²⁷).

Mais le général et Van Hecke n'ont donné l'absolution que malgré eux. Ils connaissent l'influence de Lupus. Ils se vengeront de lui à la première occasion.

11. *Le provincialat de Lupus (1676-1680).*

Le provincial Du Pernes put donc reprendre son gouvernement. Quoique natif de Lille, ville depuis peu incorporée à la France, il n'eut à souffrir aucune difficulté de la part des Conseils : « Etenim ministri regii optime noverunt personam » écrit Lupus à Favoriti le 14 juillet 1674 ³²⁸). Mais il eut du fil à retordre avec les partisans de l'assistant Van Hecke, qui étaient remuants, surtout aux couvents de Gand et d'Anvers.

Le « second schisme » de la province.

La fin du triennat allait être mouvementée. La guerre vint compliquer la situation. Beaucoup de villes furent occupées par les Français. Les troupes, tant hollandaises que françaises (celles des Pays-Bas espagnols étaient presque inexistantes) rendaient les déplacements périlleux. De plus, les étrangers avaient besoin de sauf-conduits pour passer les frontières. Néanmoins c'est dans ces circonstances qu'au printemps 1676 devait avoir lieu le chapitre provincial.

Par lettre du 14 mars, le général avait désigné comme président de la future assemblée le P. François de Bassery ³²⁹). C'était un homme important. En 1657 il avait obtenu à l'université de Louvain le grade

³²⁷) FFC, doc. 85. Le même jour, Lupus remercia le cardinal Altieri; cf. JADIN, *Lettere... di particolari*, p. 208. A Favoriti, il écrivit laconiquement, le 11 août : « Quod Gratia Vestra nostrum priorem provincialem suo officio reddere dignata sit, huic provinciae fecit summum beneficium. Et ipsum illa habebit in perpetua memoria »; FFC, doc. 83. Favoriti répond le 25 septembre : « Gaudeo Patris Provincialis restitutionem tibi periucundam accidisse. Hac praecipua spe illius ego negotium adiuvī, et quia testimonio tuo plurimum detuli affirmanti, expedire provinciae illum restitui »; FFC, doc. 86.

³²⁸) FFC, doc. 77.

³²⁹) N. TEEUWEN, *Het obituarium van het Augustijnerklooster te Brussel*, dans *Augustiniana*, 4 (1954) 50-57.

de docteur en théologie. Il avait été prieur à Ypres (1661-1664) et à Diest (1664-1667); plus tard il exercera d'autres fonctions : assistant général (en 1685) et préfet de la Mission hollandaise (1686-1689). Mais il appartenait au parti de Van Hecke, que Lupus appelle celui des *libertins*. Ambitieux, il allait suivre les traces de Paludanus, l'auteur du « premier schisme », et il aurait réussi comme lui, dans « le second schisme », si Lupus n'avait pas été là.

Le provincial Du Pernes convoqua, le 30 mars, les capitulaires pour le 23 avril à Enghien ³³⁰), petite ville située au sud-ouest de Bruxelles. Mais des manœuvres intervinrent à son insu. Un petit nombre d'adhérents du P. Van Hecke avaient insisté à Rome sur les difficultés que présentait le futur chapitre provincial, tant à cause de l'insécurité des chemins en ces temps de guerre que de la difficulté d'obtenir pour les capitulaires étrangers le sauf-conduit indispensable. Ils demandaient donc d'en revenir au régime d'autrefois et de faire nommer à Rome les supérieurs majeurs ³³¹).

Le général Oliva et l'assistant Van Hecke ne demandaient pas mieux. Aussitôt ils en profitèrent pour imposer leurs candidats. Par bref pontifical du 28 mars 1676 ³³²) furent imposés d'office : le provincial Philippe De Beyne, l'ancien recteur provincial; les vice-provinciaux François Coillo pour le district Gallo-belge, Jean Schweitzer pour le district allemand; les définites De Bassery, Coillo, Schweitzer, Lupus et Henri Canisius. Bassery, déjà nommé président du chapitre, fut désigné comme commissaire apostolique pour mettre à exécution ce bref singulier qui réservait le gouvernement au parti des « libertins », c'est-à-dire à celui de Van Hecke. Seulement, Lupus y avait été joint parce que, son autorité étant bien assise à Rome, on n'aurait pas pu l'oublier.

³³⁰) *Liber Mechliniensis*, f° 319.

³³¹) Voir le décret du Conseil de Brabant en date du 7 janvier 1677 dans AGA, Aa 37, f° 132-135r; cf. FFC, doc. 102. A comparer avec la *Synopsis seu species facti eorum quae circa breve Clementis X eiusque executionem, defensionem ac impugnationem contigerunt anno 1676 et 1677*, de la main de Van Hecke, dans l'Angelica, 896, f° 156-161r.

³³²) Voir ce bref dans les *Provincialia* (ms.) de Tombeur, (ms. conservé aux archives des augustins à Gand), t. II, f° 487-498. Le bref avait été sollicité par le procureur général des augustins sous le motif que, à cause des guerres, « capitulum provinciale celebrari vix posset ». La décision avait été prise au définitoire du 4 mars 1676; AGA, Aa, 37. On y était revenu le 26 mars (ibid., Ff, 16, f° 120). Le général la communiqua le 28 mars; ibid., Dd 112, f° 230-231r.

Au bref, le général avait ajouté des lettres permettant d'user de son autorité pour imposer des supérieurs locaux du même parti. Ce dernier détail nous est fourni par Lupus dans sa longue lettre du 30 avril 1676 :

« Et his non contentus, adiunxit suas litteras, quae variis conventibus provident de priore ac reliquis officialibus. Quin et mihi potestatem fecit in hoc Lovaniensi conventu constituendi omnia : priorem, theologi studii regentem, Sacrae Theologiae professores, reliqua omnia. Etiam ista omnia mihi reservandi in pectore.

Censuit me vanum ac irreligiosum monachum, ideoque per istas artes me studuit in laqueos circumscribere. Certe si istiusmodi essem, poteram omnem hanc domum perdere. Haec sunt paradoxa destructiva religionis, inaudita hactenus, prioris generalis potestatem et boni prelati officium longe transcendentia » ³³³).

Pour se faire une idée concrète de la situation, il faudrait lire la lettre entière de Lupus. En voici encore un passage expressif :

« Quanta scandala, quanta fidelis populi murmura, quanta spiritualium ac temporalium nostrorum damna, quantos patrum ac fratrum luctus nobis suscitavit provincialis capituli suspensio, non possim edicere. Plures remotiorum conventuum Patres vocales hic haerent inter malleum et incudem, nescii an remanere expediat, an redire ad propria. Quidam enim venerunt a ducentis passuum milibus. Eorum conventus sunt sine rectoribus, sine concionatoribus et confessariis, fidei istic populo necessariis. E fidei populo quidam condolent, quidam offenduntur, quidam blasphemant statum monasticum, qui in tantis belli calamitatibus ambiat miseranda officia, et accumulet flagella flagellis.

Primates regiae Maiestatis ministri ac Belgii rectores, uti nobis ex animo compatiuntur, ita graviter stomachantur in priorem generalem, cuius utique officium est nos compellere ad disciplinam, e non ipsam solvere, et nos inquietare. Singulariter stomachantur in Patrem Michaellem Heckium, quem norunt esse prioris generalis ad haec omnia incontentem, Stomachantur viro, cuius turbidum ingenium est hic omnibus longe notissimum, Romae permitti potestatem turbandi hic omnia et evertendi.

Hinc praefati primates cogitant de crudeli remedio. Cogitant nuperum christianissimi Regis adversum priores generales arrestum seu edictum probare, et simile formare pro nobis Belgis. Vident enim nos aliter a prioribus generalibus non permittendos

³³³) FFC, doc. 102.

pie, religieuse, ac quiete vivere. Christianissimi Regis edictum hic adiungo... » ³³⁴).

Le bref n'arriva à Bruxelles que le 15 avril ³³⁵). Mais son contenu, Bassery le connaissait déjà dès le 9 précédent par une lettre du général en date du 21 mars. Mis au courant, le provincial Du Pernes et Lupus écrivirent à Rome, conjointement avec l'internonce, pour souligner la possibilité de tenir le chapitre normal et pour demander la suspension du bref. En attendant la réponse définitive de Rome, les capitulaires venus de loin seront logés dans les couvents des environs de Bruxelles.

De son côté, Bassery ne perdit par son temps. Le 17, il ordonna au provincial Du Pernes de décommander dans les 12 heures le futur chapitre d'Enghien, sous peine d'excommunication. Mais aussitôt il rencontra lui-même des entraves.

Le Conseil de Brabant suivait de près l'évolution de l'affaire. Il était au courant du projet de chapitre parce qu'il avait dû promettre les sauf-conduits. Lupus y avait des amis, tout particulièrement le très influent Pierre Stockmans, Pierre-Ferdinand Roose, neveu du Chef-président, et Gosuin Wijnants, frère de son propre secrétaire Guillaume. De plus, Bassery ne pouvait pas exécuter légalement le bref sans avoir obtenu le placet. Certes, sachant bien que le Conseil ne laisserait pas passer un tel document romain, alors que le chapitre normal — avec sa permission et celle du gouverneur général — avait été convoqué, Bassery n'avait pas l'intention de s'adresser au Conseil. Mais bientôt il dut en tenir compte. Le 17 avril survint une défense : *« quidquam quocumque modo deferre ... brevi apostolico et quibuscumque inde dependentibus ... aut quidquam innovare in antiquis consuetudinibus et statutis hactenus servari consuetis in celebrandis capitulis ... »* ³³⁶).

Cette intervention du Conseil fournissait au parti de Van Hecke un argument très puissant contre ses adversaires. Recourant à l'autorité laïque contre l'autorité ecclésiastique, ceux-ci devaient être considérés comme excommuniés. Plus tard Bassery les appellera le parti des excommuniés, et les accusera pour ce « crime » devant le Saint-Siège ³³⁷).

³³⁴) L.c.

³³⁵) Les détails qui suivent sont tirés de la *Synopsis*.

³³⁶) Ce premier décret est mentionné dans le quatrième en date du 7 janvier 1677, et dans la *Synopsis*.

³³⁷) Voir les pièces du procès dont on trouve des restes dans l'Angelica, ms. 896 (cf. G. J. HOOGWERFF, *Bescheiden in Italië*, La Haye, t. III, p. 103-105) et dans AGA.

Sans s'occuper davantage du décret, mais invoquant le bref, les partisans de Van Hecke se réunirent à Anvers pour y tenir, le 23 avril, le chapitre qui avait été convoqué pour la même date à Enghien. Très peu de capitulaires s'y rendirent. Le 22, la veille de leur session, le Conseil décréta : « *propter bonas considerationes et de assensu Concilii Status praedictis religiosis interdicere ne celebrarent concilium provinciale ... atque insuper nihil deferrent praenominato brevi Suae Sanctitatis ...* »³³⁸). Néanmoins, du 23 au 28, Bassery et ses adhérents tirent leur chapitre à Anvers, « *sine strepitu et coere- moniis* ». Ils nommèrent les supérieurs locaux, fixèrent la composition des divers couvents et prirent les autres mesures qui incombaient à un chapitre normal³³⁹).

Ainsi donc, la province était dominée par les adhérents de Van Hecke, qui le 29 avril, ne se préoccupaient pas beaucoup d'une nouvelle intervention du Conseil de Brabant. Mais le général lui-même allait troubler leur victoire.

En réponse aux réclamations des Pères Du Pernes et Lupus et de l'internonce Tanara, il avait pris le 9 mai, d'accord (dit-il) avec le cardinal protecteur, une nouvelle disposition.

Ne parlant plus de vice-provinciaux ni de définiteurs, il se borne à congédier le provincial Du Pernes et à nommer à sa place Philippe De Beyne, chargeant le président Bassery de faire exécuter cette mesure si les circonstances devraient proroger pour longtemps la tenue du chapitre provincial³⁴⁰). Deux fois de suite, le général répète

³³⁸) Voir le décret du Conseil de Brabant en date du 7 janvier 1677.

³³⁹) Voir la *Synopsis*.

³⁴⁰) « Cum nobis certo constat et in ista nostra provincia belgica subortam fuisse aliquam difficultatem circa acceptationem et publicationem brevis apostolici expediti die 28 Martii proxime elapsi, proindeque fieri possit ut ob praesentia inter principes bella Patres inter tot periculo non possint facile in unum convenire, possit ut capitulum celebrandum ulterius ac in longum tempus trahatur, hinc si haec adsint impedimenta et praeconcepta capituli prorogatio contingat, ad tollendam omnem difficultatem et animos in pace et quiete adunandos, ex consensu... Ordinis protectoris... cum iam tempus elapsum sit quo iuxta SS. Constitutiones Ordinis P. Baccalaureus J. B. Du Perne (per cuius litteras et ratione in bonum istius provinciae inducti sumus recurrere ad Sanctissimum Dominum Papam Clementem X ut ipsi provinciae pro praesenti necessitate quam optime provideretur) debebat officio provincialatus defungi, ideo si supradicta ulterioris prorogationis capituli occasio emergerit, praedictum Patrem... Du Perne per praesentes ab officio provincialatus absolvimus... ne vero provincia inter praesentes difficultates maneat sine legitimo rectore acephala... de R. P. M. Philippi Du Beyne zelo prudentiaque plurimum in Domino confisi eundem per interim

cette condition essentielle. Comme si elle se réalisait effectivement, Bassery, oubliant vraisemblablement son bref pontifical et son chapitre provincial, publia ce décret le 28 mai ³⁴¹). On en revenait donc à la situation de 1674 : un provincial capable doit vider la place pour un incapable de la faction de Van Hecke.

Mais deux jours plus tard, en vertu d'instructions reçues de Rome, l'internonce cassa cette mesure, et fit convoquer une seconde fois, par le provincial Du Pernes, le chapitre d'Enghien pour le 25 juin ³⁴²).

(à suivre)

LUCIEN CEYSENS

nostrae istius provinciae belgicae rectorem provincialem constituimus»; *Liber Mechliniensis*, f° 120-121.

³⁴¹) *Liber Mechliniensis*, f° 322.

³⁴²) « Cum ad aures nostras pervenerit P. M. Franciscum Basserii... publicasse quasdam patentes R^{mi} P. Generales... die 9 currentis mensis datas per quas R. P. J. B. de Perne, modernus provincialis belgicus ab officio provincialatus absolvitur eiusque loco P. M. Philippus Du Beyne provisionaliter subrogatur, cumque nobis liquerit ex litteris novissime ab ...Ordinis protectore ad nos datis praefatam publicationem repugnare menti Eminentiae Suae, imo et ex ipsis patentibus litteris appareat earum dispositivam non esse nisi in eventum contitionis in narrativa expressae, nempe quod capitulum celebrandum ulterius et in longum tempus protrahi oporteret. Quae quidem conditio cum non verificetur, cessat etiam Patris Generalis dispositio, ideo ad avertendas turbas ac dissidia ex praefata praetensa publicatione oritura... praefatas R^{mi} Patris Generalis litteras praesenti rerum statu locum non habere ac perperam publicatas esse declaramus ac proinde earum publicationem intimationemque seu quamcumque aliam exhibitionem cum omnibus secutis ac forte secuturis praesentium tenore cassamus et annullamus... mandantes eidem provinciali ut... convocet capitulum provinciale in feriam quintam 25 proximi mensis Junii»; *Liber Mechliniensis*, f° 323-324; f° 325-326 on trouvera la lettre de convocation, datée du 30 mai.